tationem compositę figurę est. eu eum.
bonum intelligitur. ge. tra. eo quod mul
ta generat. Sunt et alię ex dua
bus corruptis compositę. Ex cor
rupto et integro. ut mi pater
si fieri potest transeat a me calix
iste. Ex integro et corrupto.
ut pater mi pater mi. currus israel
et auriga eius. Componuntur ex
pluribus. ut eia tu eia. fac tu fac
et similia. De accentibus interiectionum.

Quamquam naturaliter interiectio
nes accentum non habeant.
quę plerumque ab incognitas efficiuntur
uocibus. tamen nos illis secundum conside
rationem uocis accentus imponimus.
quia nulla pars orationis apud latinos
sine aliquo accentu profertur. Et
sicut in aliis partibus monosyllabę
aut trisyllabę et deinceps si
correptę sunt. aut positione lon
gę. aut si ultimas longas habu
erint accentum habent acutum ita et
istę. et sicut in aliis partibus si na
tura trocheus fuerit. circumflexum
habet accentum. Ita et istę. et de
graui similiter considerandum est. Amen.

Explicit tractatum in partibus donati
cuidam presbyteri. Incipiunt uersus de monachis

Qui monachi rectam mauult
deducere uitam. Ut cu
piat ęternum domini conquirere regnum.
Debet amare loco cellę concludier
uno. Cella facit monachum quam
uis sit paruula magnum. Uil
escit interius mirandis uiribus; ar
mat. Instruit erudiens et sens

moribus ornat. Cella docet mo
nachum terrenum linquere mundum.
Scandere sydereum post ista tempora
celum. Semper in ęternum possit
ut cernere christum. Admonet et
iugiter mentem sustollere sursum.
Uitalis crebro librorum carpere
fructus. Unde satis ualeat cordis
pinguescere uisus. Claustra
monasterii monachum concludit et
artat. Muneribus sacris ditat
componit et ornat. Et pręteritę
legis condito sermone uetustat.
Erigit ad superos mundato corde
beatos. Mittit ad adstringerum
cordis suspiria celum. Et lacri
mis plenos sursum sustollit ocel
los. Ut ualeat ploratus illum
conquirere regnum. Quem potu
it gaudens gustato perdere pomo.
Possit et ad lignum uitę producere
gustum. Eius ut ęternos ualeat
decerpere fructus. Ex quibus ęternum
ducat sine mensibus annum. Et
sine sole diem lucem sine nocte per
hennem. Unus namque dies ęter
num conficit annum. In patria
paradysi sancta quam rite beatus
Diligit hic monachus patria
dum degit in ista. Ergo dei ser
uulus debet decurrere libros.
Quisquis ęternum mauult conscendere
regnum. Non mobilis leuiter
proprium transire locellum. Nec le
uis aut cupidus mundi discurrere
calles. Nec uacuos tandem incer
tos pergere campos. Cunctis